

Faventinis se sponte offerentes ^{ibns} [a] servire noviter; interfuerunt enim ^{obsidioni} dissidio praedi-
cti ^(que pper) [b] homines de Tansignano, tanquam leones ad praedam parati; forensesque nostri
tanquam ad mortem, accesserunt optime; et homines comitum de Mutilliana ser-
vierunt honorifice, incipiendo cum eis et aliis eorum amicis a parte inferiori hosti-
liter agere, incidendo arbores, devastando segetes, et vineas radicitus evellendo;
et cum, sicut [c] mos est portarum [d] [e], more solito irent, viderunt milites portae
Imolensis et portae Montanariae, qui antecedeabant vexilla Liviensium in villa de
Roncatello, ultra flumen micare. Attollunt ^{pur} animos et ^{geminantem} geminante victoria vires [f], facti
sunt per agros aquilis velociore et leonibus fortiores [g] in operibus suis; flumen
Roncatellum cum quodam alio fossato, iuxta ripam praedicti fluminis a parte ulte-
riori parum plus minusque una pertica decem pedum, [h] valde profundo [i], cona-
mine toto nisibusque totis [j], quod est mirabile visu. beato auspice Petro [k], trans-
volarunt, et inimicos viriliter aggressi sunt, eos prosternendo, capiendo et persequendo
usque ad villam Battixani. Invenierunt praeterea curros [l] Liviensium per stratam mul-
torum repletos armorum et diversarum divitiarum generibus. Ravennates vero, dum ad
Sanctum Petrum in Trentula [m] essent castrametati, et ad tuitionem fluminis et fossati
una cum Liviensibus adesse deberent; audito rumore, in partem recesserunt, et nocte
iter super flumen Aqueducti [n] versus Forolivium acceperunt. Multi onerantur [o]
vexillis, armis atque aliis spoliis, Faventinis nondum castrametatis [p]. Ex parte igitur
hostium ultra quadraginta sunt rapti de medio; plures et [q] fuerunt vinculis
mancipati. Combusserunt atque destruxerunt praeterea villam Roncatelli, villam
Sancti Iohannis super flumen, villam Mamicellae [r], villam Bonidiforas [s], Boari,
Pozzi, Barixani [t], et eius campanile in planum prostraverunt, et alia loca circum-
stantia. In odium vero [u] Ravennatum villam Sancti Petri in Trentula ultrici flamma
combuserunt. Dum haec ita geruntur, auditum est ex exercitu et literis visis cum
nuncio, quod Mutinenses, Parmenses et dupe ex portis Cremonae in districtum Bo-
noniensium [v] apud Alegracorem venissent. Faventini una cum eis sapienter et docte

[a] se sponte offerentes. Sic lego. In C. V., se sponte offerentibus. — [b] dissidio praedicto, C. V.; obsidioni praedictae, C. A. — [c] et cum sicut. Adjeci particula cum, ut sensus rectius procedat; nam videtur desiderari. — [d] mos est portarum. Sic Codd. V. et A. — [e] et geminante victoria vires. Sic lego. C. V. habet: et geminantem victoria vires; C. vero A. habet: et geminant victoria vires. — [f] et leonibus fortiores C. V.; et leonibus ferociore, C. A. — [g] decem pedum, C. V.; decipeda, C. A. — [h] valde profundo, C. V.; valde profundis, C. A. — [i] nisibusque totis, C. A.; nisibus totis, C. V. — [j] beato auspice Petro, C. A.; nostro auspice Petro, C. V. — [k] praeterea curros. Codd., praeterea curros. — [l] flumen Aqueducti. Sic Codd. — [m] Multi onerantur, C. A.; multi honorantur, C. V. [n] nondum castrametatis. C. V., nondum stramentatis; C. A., nondum castramentatis. — [o] Ex parte igitur, C. A.; ex parte autem, C. V. — [p] plures cc., C. A.; plures dcc., C. V. — [q] villam Mamicellae, C. V.; villam Mammizzellae, C. A. — [r] villam Bonidiforas, C. A.; villam Bondiforas, C. V. — [s] Boari, Pozzi, Barixani etc. Sic ex Cod. A.; nam desunt in C. V., culpa amanuensis. Pro hisce enim habet: saxcostantia. — [t] In odium vero. Codd., in odio vero. — [u] districtum Bononiensium. In Codd., districtu Bononiensium.

[A] Portae hic sumuntur pro quarteriis, ut vocant, civitatis; nam milites dividebantur in tot turmas, quot erant portae urbis; et quaevis porta in expeditionibus bellicis suum habebat progrediendi locum, una scilicet post aliam. Portae igitur secundum ordinem solitum procedebant; quod innuere videtur textus, verbis illis: sicut mos est portarum more solito irent.

[B] Plebs in territorio Ravennae, dioecesi vero Foroliviensi. Ex charta ann. 1245, H. 3060, Arch. Archiep. Rav.; item ex alia 977, L. 4771, ibidem.